

veniamus. ff. de Auro et argen. legat.

STATUTUM XXVI.

**De non involando in materiam alterius
Lectiois**

Quia paria sunt non incipere vel capta non
perficere. arg. l. fin. §. penult. C. de Codicill. ideo
ut quilibet Professor Lectioem suam in
tempore Statutis superioribus prescripto
finiat, non solum brevitati juxta premissa
studere tenetur, sed etiam in materiam al-
terius Lectiois involare non debet, alias n̄
esset sine culpa juxta tritissimam Utriusq̄
Juris Regulam. Non est sine culpa, qui rei
quæ ad eum non pertinet se immiscet. c. .
Non est. de Reg. Jur in 6. et l. Culpa est ff.
cod. lit.

STATUTUM XXVII

**De Commutatione Lectionum inter
Professores facienda.**

46.
Quam sit proficua et docentibus et studentibus in omni jure exercitatio, ipsa efficax rerum magistra experientia manifestat. c. Quam sit de Elect in d. Cupientes itaq; ut non solum studentes, sed etiam docentes universi juris habeant notitiam, statuimus quatenus nunc et in futurum licitum sit Professoribus retentio Beneficio, cui annexa est aliqua Professio et fructibus ex illo provenientes retentis, solam Lectionem et ejus traditionem (cum Beneficium sit cum Canonica institutione adeoq; incommutabile, sed perpetuum et non ad tempus c. un. junct. gloss. v. Perpetui. de Capell. Monach. et ex mutatione Rectorum Beneficij magnum Ecclesia jux. Decis. Rot. 24. n. 1. ante fin. de Praeben. in nov. reciperet detrimentum: s. inter se commutare idq; non obstantibus statutis superius de unaquaq; Professione ac ejus annexa Lectione descriptis. Jura enim et statu:

47.

ta, necessitate, vel utilitate exigente, interdum va:
riare licet. c. Non debet. de Consanguinit. et affinit.

STATUTUM XXVIII.

De Professore substituendo vel non.

Quamvis Doctor, vel alius quivis Professor vi:
cariâ operâ uti, et per substitutum legere non
possit. arg. gloss. l. a. v. Usurpantes. C. de Man:
cip. et Bart. in l. Nemo est, qui nesciat n. 5.

Et de duob. reis. cùm ad munus suum debite
peragendum industria ejus electa esse cense:
atur. c. fin. §. Is autem. de Offic. Delegat. et
Modit. Dubit. no. §. Prudentum responsa.
tamen eundem inhærendo Consuetudini
non solùm in Nostra Universitate, sed etiam
in alijs Universitatibus et Scholis receptæ
ac sumpto Argumento ex c. Si pro debilita:
te de Offic. Delegat. ob debilitatem virium,
veram infirmitatem, vel aliam causam pro:
priam, aut Universitatis sive cujuscumque